



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

44.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

minore annis 25. Nos cœcum rectè dari  
 L. 6. ff. de jud: Imperitum juris, & minorem  
 non rectè dari asserimus L. 8. ff. de mun. &  
 honor. L. 2. ff. de vacat. & excus. mun. Duar.  
 Cuiac: & alij. Pedanei, qui nudam causa-  
 rum Civilium cognitionem habent, de le-  
 vioribus potissimum causis judicant. In  
 Urbe Constantinopolitana usq; ad CCC.  
 aureos L. ultim. C. de ped: jud: nov. 82. cap. 5.  
 Sanè liberales causæ maiorem judicem  
 efflagitant, L. non distinguemus 32. §. de libe-  
 ral: ff. de recept. L. 2. de ped: Iud.

44. In sua causa quamvis communiter  
 nemo Judex esse possit, L. de jur: 37. ad Mu-  
 nicip. L. uni. C. ne quis in sua causa Iud: vel jus-  
 dic: Speciale id tamen est in Principe, qui  
 superiorem nullum cognoscit, per Gl: in  
 cap: venissent 12. ibid. Ioan: And: n. 6. & 7. De-  
 cius n. 5. de jud. quanquam melius acturus  
 sit, si causam arbitris committat; vel Ju-  
 dices Ordinarios aut delegatos constitu-  
 at, qui inter ipsum, & subditos, jus dicant:  
 Sic civili jure, si lis oriatur inter fiscum  
 Principis, & privatos, hi, qui Camera præ-  
 sident Judices esse solent; L. 2. C. si adver-  
 sus fiscum, &c. Sed & Pater in causa filii, &  
 D filius

filius in causa Patris Judex esse potest. *L. 1. ff. de iudic. privatis. 77. ff. de iudic. L. 6. ff. de recept. Ha non pugnant: Govean. in L. 10. ff. de iuris. Duar: ad tit. ff. de iud. pag: 180.*

45. Finitur iudicis officium 1. re integra per mortem delegantis, & delegati. *cap. relatum. 19. cap: gratum 20. cap. licet undiq; 30. de off. deleg: L. & quas ff. de iuris. om. iud: nisi delegatio facta sit non perennat, sed dignitati, quæ perpetua sit. v. Rectori talis Universitatis: Præposito talis Ecclesiæ, cap. quoniam Abbas 14. de off. delegat: imò transit hoc casu ad successorem. Felin: in cap. eam te. de rescript: n. 17. 2. revocatione re integra. cap. venerabil. 37. de off. deleg: 3. lapsu diei ad causam decidendam præfixæ. cap: consuluit: 24. eod: L. 2. §. 1. ff. de iudic. Iudex. ff. de iud: 4. finito negotio seu die sententia. Host: de offic: deleg: n. 11. L. 1. §. 1. ff. de iud: 55. ff. de iud: Si successorem acceperit Titius ab officio legitimè depositus, qui Iudicium dederat Caium, an datus desinat esse Iudex? Negat Paulus L. 49. §. 1. ff. de iudic. quem & Nos sequimur: quidquid Ulpianus contradicat. in L. 13. §. 1. ff. de iuris. Govean: Duar: nam loquuntur de casu quo res non est integra.*